



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Polypvs. Ex. D. Ambrosio. Descriptio Cl.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

quæque cymba è delphinis sōcium habeat, territam visu forte tristi. Id enim vbi constat rumore, nauigantium humana calamitas in causa est.

## C O N C H A.

Ex Plinio.

Descriptio XCIX.

**F**irmoris iam testæ murices, & concharum genera, in quibus magna iudicis naturæ varietas, tot colorum differentiæ, tot figuræ, planis, concavis, longis, lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe caelis, in dorsum clatis, laevis, rugatis, denticulatis, striatis, vetrica muricatum intorno, margine in mucronem emisso, foris effuso, intus replicato.

Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatum, pectinatum, imbricatum yndata, cancellatum reticulata, in obliquum, in rectum expansa, densata, porrecta, sinuata, brevi nodo ligatis, toto latere connexis, ad plausum apertis, ad buccinam recurvis. Nauigant ex ijs veneris præbentes concauam sui partem, & aureo opposentes per summa æquorum velificant, sahunt pectines, & extra volitant, seque, & ipsi carinant.

Addenda concha carinata nauigera ex Plin. 30. 1. 9.

CONCHA CARINATA  
nauigera.

Ex eodem.

Descriptio C.

**N**AUIGERAM similitudinem & aliam in Propontide visam sibi prodidit Murius, concham esse acutij modo carinatum, inflexa puppe, prora rostrata; in hac condi nauplium animal sepiæ simile, iudendi societate sola, duobus hoc fieri generibus. Tranquillo enim vectorem demissis palmulis ferire ut renis. Si vero flatus inuitent, easdem in visu gubernaculi porrigi, pandique concharum sinus aura. Huius voluptatem esse ut ferat, illius ut regat. Simulque eandem descendere inclusu sinus fluctu hausto,

## P O L Y P V S.

Ex D. Ambrosio.

Descriptio CI.

**F**Raudulentum illud Polypi ingenium non præteribo, qui vadoso in littore petram <sup>Amb. 24.</sup> naetus, affigitur ei, atque eius nebuloso <sup>hexa.</sup> ingenio colorem subit, & umili specie terga obductus, plurimos piscium sine villa suspicione fraudis allapsos, dum nortam non præcautus, & saxum opinantur, cassibus furtive artis includit, & sinu quodam suæ carnis intercipit.

*Ibidem quomodo cancri ostrea diprycum sum explicantia, iniecio lapide venientur, præclaræ describit.*

*Pliny addenda disseria descriptio.*

Ex Plinio lib. 9. cap. 30.

**N**O nunt prætereunda & L. Lucullo proconsule Baetica comperta de polypis, quæ Treblius Niger e coniis cius prodidit audiflismos esse conchalum. Illas ad tactum comprimi, præcedentes brachia eorum, ultraque escam ex prædante capere. Carent conchæ visu, omniq[ue] sensu alio, quam cibi & periculi. Insidiantur ergo Polypi apertis, impositoque lapillo extra corpus, ne palpitatu ejiciatur, ita fecuti gravantur, extrahuntque carnes, illæ se contrahunt, sed frustra discutantæ. Tanta solertia animalium hebetissimis quoque est. Præterea negat ullum esse atrocis animal ad conficiendum hominem in aqua. Luctatur enim complexu, & sorbet acetabulis, ac numero suo detrahit eum. In naufragos virinantesque impetum capit. Sed si inueniatur, elanguecit vis. Exporrigunt enim se relupinati, mure omnibus marinis experientibus odorem quoque eorum, qua de causa & nassis illinuntur. Cætera quæ idem teratit, monstro propiora possum videtur. Cartæ in cetarijs assuetus quidam polypus exire

è manu

Et mari in lacus eorum apertos, atque ibi  
saltamenta populari, convertit in se custo-  
dum iudicationem assiduitate furii immo-  
dici. Sepes erant his obiectae, sed has tran-  
scendebat per arborem, nec deprehendi po-  
tuit nisi canum sagacitatem. Hi redeuntem  
circumvagare noctu, concitique custodes ex-  
pauere nouitatem. Primum omnium ma-  
gnitudo inaudita erat, deinde color muria  
obliti odore diri. Quis ibi polypum expecta-  
set, aut ita cognosceret? cum monstro dimi-  
care sibi videbantur. Namque & afflau ter-  
ribili canes agebat, nunc extremitate crinibus  
flagellatos, nunc robustioribus brachijs  
clavarum modo incusso, & reque multis tri-  
dentibus confici potuit. Ostendere Lucullo  
caput eius dolij magnitudine, amphorarum  
xv, capax, atque (ut ipsius Trebii verbis v-  
tar) barbas, quas vix vtroque brachio con-  
plicet, clavarum modo torosas, longas  
pedum acetabulis siue caliculis vernalibus  
peluum modo, dentes magnitudini respon-  
dentes. Reliqua asseruata miraculo, perpen-  
dere pondo dccc.

## E C H I N V S.

Ex Ambrol. I. 5. Hexam. c. 9.

## Descriptio CII.

**E**chinus animal exiguum, vile, ac despisi-

cabile (marinum loquitur) plenumque index  
futuræ tempestatis, aut tranquillitatis ad-  
nuntius esse solet nautigantibus. Denique,  
cum procellam ventorum sentierit, calcul-  
sum validum arripit; eumque velut sa-  
burram vehit, & tanquam anchoram tra-  
hit, ne excutiarur fluctibus. Itaque non su-  
is se liberat viribus, sed alieno stabilit, & regit  
pondere.

P O M P I L V S  
natans.

Ex Plin. lib. 9. cap. 31.

## Descriptio CIII.

**P**OMPILVS lupinus in summa æquo-  
rum peruenit, ita le paulatim subrigens,  
vt emissa omni perfusum aqua, ve-  
lut exoneratus sensu, facile nauiget. Post  
duo prima brachia retorquens, membran-  
am inter illa mira renuitatis extendit.  
Qua vesicante in auras, cæteris subremi-  
gans brachijs, media cauda v. gubernaculo  
se regit. Ita vadit alto, liburnicarum gau-  
dens imagine, & si quid paucis in-  
terueniat, hausta se mergens  
aqua.

D E S C R I P T I O N E S I N-  
animorum.

## I N S V L A E F O R T V N A T A E.

Ex Platone, in Axiocho.

## Descriptio CIV.

**O**στις μὲν οὖν ὁ διηγέμων ἀγαθὸς  
ἐπέκλινετερ, εἰς τὸν εὐτελέντα χαρέον  
οἰκιζόντας, ἔνθα ἄφθονοι πολὺς παγ-  
κάρπως γυνῆς βρύσαι. πηγαὶ δὲ ὑδάτων πο-  
λλαρῶν μέσσαι, παντοῖο δὲ λεμνῶνες διθετικο-  
κίλοις ταριχόρδινοι. Διατελεῖ δὲ φιλοσό-

**V**IBUSCVM QV E in vita sors melior  
aspirauerit, sedes incolunt priorum, v-  
bi omnes horæ scinent omnigena fru-  
ctuum ubertate, fontes puris labuntur a-  
quis, varijs prata floribus innuicta ver-  
nant. Conuentus sunt Philotophorum, thea-  
tra poectarum, exultantium coronæ, musici  
cccc que